

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XLVII. TIT. XVI. De Receptatoribus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

LIB. XLVII. TIT. XIV.

DE ABIGEIS, ABACTORE, ABIGEATORE &c.

Qv. *An etiam sit abigeus, qui pecus ex stabulo subtrahit?*

AFFIRMATUR in L. 3. §. 1. h. NEGATUR in L. 1. §. 1. h. Utrumque verum: nam *proprie* e sylva & pascuis publicis aperte abigunt, d. L. 1. minus *proprie* e stabulis, ubi non est nuda abactio; adeoque plenius est coercendum, d. L. 3. non *lenius*, ut legit Cujacius.

LIB. XLVII. TIT. XVI.

DE RECEPTATORIBUS.

Qv. I. *An receptatores etiam reorum privati delicti puniantur ex hoc crimine?*

AFFIRMATUR; quia, qui furem celat, ut fur punitur, L. 48. §. 1. *Laut. pag. de Furt.* & ille, qui recepit raptorem, eadem poena tenetur, L. 3. 675. verb. §. 3. *de Incend.* Utrumque autem est delictum privatum.

Ex c. Si tale delictum sit, ex quo reus principalis extra ordinem *etiam privati &c.* conveniri nequit, adeoque nec receptator, ut in Lege Aquilia.

Qv. II. *An parentes & cognati suspecti de receptione, juramento se purgare debeant?*

NEGATUR, tum, quia metus est perjurii, tum, quia parentes ad- *Laut. pag. versus liberos nec volentes ad testimonium admittuntur, L. 6. C. 676. verb. de Testib.* *non etiam parentes.*

O B J. Publice interesse, ut hujusmodi delicta puniantur.

R E S P. Non tamen tanta est haec ratio, ut tollat metum perjurii, vel pietatem parentum erga liberos.

O B J. arg. L. 35. *de Relig.* ubi pater filium perduellum & parricidam impune occidere potest, idque ob salutem publicam.

R E S P. Singulare est in criminis *laesae majestatis, & parricidio.*

O o o 3

Qv.



Qv. III. An, si delictum sit atrocissimum, sola scientia delitti
puniri possit?

Laut.pag. Regulariter hoc negandum; quia nihil mali agit tacens, neque causa
676. verb. criminis in silentio subsistit: idque ita traditur in *Can. Placuit,*
nisi deli- *C. 6. qu. 2.*
ta &c.

Ex c. Quoties quædam crimina in specie excepta videntur, ut (1)
in causa maiestatis, *L. 5. C. Ad L. Jul. Maj.* (2) In parricidio, *L. 6.*
L. 2. ff. de Parric. (3) In raptu. *L. un. §. 2. C. de Rapt. virg.*

LIB. XLVII. TIT. XIX.

EXPILATÆ HÆREDITATIS &c.

Qv. I. *An propter expilatam haereditatem hodiे furti
agi possit?*

Laut.pag. NEGATUR; quia propria actio expilatae haereditatis hic datur. Et
677. verb. cum crimen sit extraordinarium, poena quoque extraordinaria stan-
non etiam tui debet, *L. i. h. t.* Sane poena furti est odiosa ac exorbitans, adeo-
&c. que extendi non debet, *L. p. de Pœn.*

OBJ. *L. 12. C. Ex quib. caus. inf.* ubi expilatio hæreditatis dici-
tur furtum improbus.

RESP. Furto comparatur quoad infamiam; ex utraque enim cau-
sa condemnatus fit infamis, *d. L. 12.* Sed & licet instar furti sit, non
tamen eadem poena obtinere debet.

Qv. II. *An aliae actiones rei persecutoriae concurrant cum actione
hac extraordinaria?*

Laut.pag. AFFIRMATUR, & quidem cumulative; quia, et si pœnam quis
678. verb. A consecutus sit actione hac extraordinaria, nondum tamen rem
hic con- habet, adeoque hanc adhuc petere potest, *L. un. C. Quand. iiii. art.*
currit &c. *L. 7. de Coud. furt.* ubi exempla recensentur.

OBT. *L. 8. ff. h.* ubi noui nisi elective concurrunt petitio hæredi-
tatis, & crimen expilate hæreditatis.

RESP. Ipse actiones non concurrunt elective, sed duo judicia, &
eligit actor, an apud Praefectum Urbi criminaliter, an apud Praesides
civiliter agere velit: apud unum ergo horum Judicium utrumque
actionem simul intentare non potest, at singulas apud utrumque potest.
OBJ.

